150 latione corporum taliter ab archiepiscopo privilegiatis nolumus in futurum ecclesie nostre preiudicium generari, cum ex gracia complacendi domino nostro archiepiscopo hoc agamus et non ex iuris necessitate seu debito, nobis et posteris potestatem reservantes, quando libuerit, hanc gratiam tollendi, quando hoc ecclesie nostre utilitas ac necessitas swaserit faciendum. Eodem modo per omnia in vino sicut in frugibus preter  
155 id, quod ex Brisaco<sup>16</sup>), Confluencia et Wiis<sup>17</sup>) eveniet, divisionem fieri volumus, ut quarta addatur presenciis, alia pro capitularibus residentibus, et de duabus aliis corpora fiant prebendarum, que eciam, ut iam dictum est, distribuuntur. Vina vero ex Brisaco, Confluencia et Wiibe distribuuntur, uti hactenus consuetum fuit, de qua quidem distributione capellani et privilegiati alii suam eciam porcionem recipiant.

160 De porcione absentum.<sup>18</sup>)

Porcio corporum grossorum fructuum prebendarum absentum non privilegiatorum, si absentes nundum primam perfecerunt residenciam, inter presentes residentes capi-

135 *nach interessentes getilgt* et ut istis 136–139 Et — indiget *am Rand ergänzt* 138 fructuum *über der Zeile ergänzt* decanus *verbessert aus* decanatus 142 *nach* prebende *getilgt* et 145 *nach* dispensatum *getilgt* quo casu sicuti 147 de gracia *über der Zeile ergänzt* 148f. Et quoniam *über der Zeile ergänzt* licet *getilgt* 154 swaserit *verbessert aus* swaserint sicut in frugibus *über der Zeile ergänzt* de omnibus omnia *getilgt* 155 id: ea (*versebentlich unverbessert, als der ganze Relativsatz nachträglich in den Singular gesetzt wurde*) quod *verbessert aus* que eveniet *verbessert aus* eveniunt 157 *nach* prebendarum *getilgt* et eciam *über der Zeile ergänzt nach* Brisaco *getilgt* et 158 et *über der Zeile ergänzt* Wiibe *nachträglich am Zeilenende ergänzt* 161 *nach* porcio *getilgt* prebendarum

<sup>15</sup> So schon *Eb. Kuno in dem Anm. 14 genannten Statut*: Nulli canonicorum corpus prebende sue ministretur, nisi fecerit continuam in dicta ecclesia residenciam personalem, nostris tamen duobus capellanis, quos de antiqua et approbata consuetudine in vestra ecclesia canonicos eximere possumus a residencia personali nostris et ecclesie nostre Treuerensis serviciis insudando, . . . exceptis. *Über das mindestens seit dem 13. Jb. ausgeübte Recht des Erzbischofs, sich an St. Florin wie auch an den anderen Kollegiatstiften des Erzbistums je zwei Kapläne auszuwählen, s. Diederich 100f.*

<sup>16</sup>) Breisig.

<sup>17</sup>) Moselweiß.

<sup>18</sup>) *Dazu ein undatiertes Statut KOBLENZ, StA, 701 AVII I Nr. 28 (jetzt: 112, 1499) f. 90r*: Canonici residentes dividunt inter se fructus prebendarum absencium, cum tamen quilibet eorum non habeat



tulares capitulariter et equaliter dividatur. Si autem residenciam primam illi ab-  
sentes fecerunt, accrescant illi fructus ecclesie pro debitis solvendis et bonis con-  
servandis et adaugendis, reservata semper potestate decano et capitulo absentibus 165  
illis, si videbitur ecclesie expedire, de illis fructibus complacendi in toto vel in  
parte secundum merita et condicionem persone absentis, absque hoc tamen quod absens  
talis sibi quidquam de iure valeat vindicare, et alias ordinandi de illis, sicut vide-  
bitur ex[pedire.]

#### De capitulo.

170

Capitulum intrant canonici dyaconi in percepcione fructuum existentes post primam  
residenciam approbati et admissi. Et quia prepositus nullum habet interesse ut pre-  
positus in capitulo, ille ut canonicus interesse poterit et in suo ordine secundum  
senium. Decanus presidet in capitulo tamquam curam gerens ecclesie et in eius absen-  
cia senior aut prior ex canonicis. Quando vero quis ad capitulum admittitur, solitum 175  
et consuetum prestat iuramentum de non revelando secreta capitulariter tractanda ac  
de dando sanum et salubre consilium in omnibus secundum deum et conscienciam suam,  
semper ad bonum publicum ecclesie potius quam ad privatum respectum habendo, ac de  
non faciendo partem aut conspiracionem et singulares practicas, sed quod semper  
acquiescet saniori consilio, quantum intelligere poterit, cui nec amore nec odio 180  
dissenciet.

#### De capitulis generalibus.

Capitula generalia altera dedicacionis, scilicet secunda augusti, et altera Florini  
celebrantur et possunt [per] presentes continuari, in quibus omnes canonici et vicari  
absque alia vocacione interesse debent sub pena suspensionis a percepcione fructuum late 185  
sentencie.<sup>19)</sup> In hiis capitulis generalibus generalia primo ad cultum divinum spec-  
tancia tractari debent hoc ordine: Intromissis omnibus ad capitulum decanus verbo  
exortacionis premissis exponet, quomodo ad deo serviendum obligamur secundum regu-  
las patrum nostrorum et disciplinam a veteribus nobis traditam, et illam ibi legat. Et  
in quolibet puncto, ubi defectum vidit intervenisse, ibi arguat eos generaliter, quo- 190  
modo ille articulus non observetur, cum ea qua decet modestia. Et subiungat quendam  
monicionem generalem, ut amplius diligenter observetur et emendetur, alioquin contra  
delinquentes particulariter procedetur. Legat eciam decanus statuta reformationis conci-

---

163 illi über der Zeile ergänzt 164 nach pro getilgt suis 168 nach sicut getilgt pro ecc 171 zu  
Beginn getilgt Nullus canonicorum 172 zu prepositus am Rand: Nota hic de preposito 174f. et —  
canonicis am Rand ergänzt 176 prestat verbessert aus prestat 179 nach sed getilgt de 180 nach  
saniori getilgt ac ma 183 zu Beginn getilgt quando vero capitula verbessert aus capitulum danach  
getilgt au nach scilicet getilgt prima 184 et — continuari am Rand ergänzt 185 absque —  
vocacione am Rand ergänzt

---

nisi unam et solam prebendam et nullus debet locupletari de iactura aliena. Quod sic posset reformari,  
scilicet quod omnes fructus demptis cedendis distributionibus chori dividerentur in tot partes, quot  
sunt prebende, prout actu fit, quarum una quequam pars daretur canonico residenti et aliis, quibus de  
iure vel utili consuetudine, et relique partes absencium et non deservencium canonicorum convertentur  
in commodum ecclesie modo meliori.

<sup>19)</sup> Zwei Generalkapitel erscheinen auch in den Statuten von 1480 (112, 136 f. 9<sup>v</sup>). Dagegen fanden jeden-  
falls bis 2. H. 14. Jh. und ebenso dann wieder im 16. Jh. drei Generalkapitel statt; Diederich 134f.

lii Basiliensis, que circa cultum divinum et contra concubenarios edita sunt<sup>20)</sup>, et  
195 arguat defectus et monitorium subiungat. Quibus per ordinem expletis contumaces om-  
nes suspendat a perceptione fructuum, si per suos legitimos procuratores non fuerint  
iudicio capituli racionabiliter excusati. Quod si quis vicariorum tunc presencium aut ab-  
sencium per suos procuratores licenciam pecierit abessendi allegata causa, illa examine-  
tur, et si iusta videbitur, detur hoc pacto licencia, quod eos, quos capitulum deputave-  
rit, procuratores constituat, et predicatur eidem eum de vicaria in absencia nichil  
200 habiturum. Si vero causa non videbitur racionabilis, non detur licencia. Declaret eciam  
decanus approbante capitulo, quod, quicumque recesserit a loco et residencia non habita  
prius licencia, quod iis a perceptione fructuum suspensus sit perinde, ac si  
non comparuisset. Quicumque vero in generali capitulo suspenduntur, non nisi in alio  
205 generali capitulo restitui posse equum iudicamus.

Peractis generalibus, que ad cultum divinum adaugendum et conservandum spectant,  
expeditis et dimissis vicariis capitulum cum canonicis continuetur, et in eo omnis  
status ecclesie discuciatur. Ibi ordinationes fiant nove de quibuscumque, si opus  
erit, tam circa distributiones presenciarum, quam circa divisiones ac de solvendis debi-  
210 tis aut oneribus ecclesie supportandis et solucione subsidiorum, edificiis reficiendis,  
ornatu ecclesie restaurando et ceteris generalibus. Et quidquid ordinabitur, stabile et  
firmum est contradictione absencium non obstante quacumque.

Quociens decano [aut] seniori ex [canoni]cis, qui prior est [in ca]pitulo post decanum,  
decano absente visum fuerit expedire, potestatem habet capitulum congregandi. Studeat  
215 tamen, quantum fieri potest, ne divina impediat aut canonicos inutiliter occupet  
tempore divinorum. Iunior autem in capitulo ex iussu decani alios convocet, et nichil  
ardu expediat omnibus residentibus non presentibus. Qui autem pro residentibus non  
habentur, nichil iuris habent capitulo interessendi nec ad capitulum, eciam si in loco  
fuerint, vocari necessario debent in quibuscumque preterquam in electione prepositi  
220 et decani, et tunc absentes ad valvas ecclesie cum prefixione termini, ut undique ex  
diocesi concurrere possint, vocari debent. Ordinarie autem omni die veneris de mane  
post matutinum et ante primas teneatur capitulum tali hora, que congrua decano vide-  
bitur. Quod si festiva dies fuerit, preveniatur die mercurii aut alia, prout necessitas  
rerum exposcit. Quicumque vero ex residentibus die ordinaria in septimana aut alia  
225 die, [d]um vocatur [e]x mandato [d]ecani, capitulo non interfuerit, nisi ex approbata  
ratione per capitulum excusaretur, carere debet merito parte proportionali porcionis  
sibi ex quarta fructuum ob residenciam et capitulum debita, quam, cum sit [di]fficile,  
semper [ca]lculare volumus. Si ordinario septima(na)li capitulo non interfuerit, in  
penam quatuor alborum cadat, si extraordinario, in penam duorum cadat alborum. Ab-  
230 sentes eciam extra locum sine licencia in easdem penas incidant. Quociens eciam quis  
canonicorum post duorum vota venerit aut sine licencia ante conclusionem recesserit

200 nach de *getilgt* bn 203 nach iis *getilgt* in perpetuum 208 nach discuciatur *getilgt* quomodo  
nach fiant *getilgt* de modo 211f. Et quidquid — quacumque *nachgetragen* 211 nach ordinabitur  
*getilgt* absque 213f. [aut] — absente *am Rand ergänz* 217 nach presentibus *getilgt* verum und  
*am Rand ergänz* qui — vocari debent 219 nach prepositi *getilgt* seu 224f. aut — decani *am Rand*  
*ergänz* 226 parte proportionali *über der Zeile ergänz* porcionis *verbessert aus* porcione 227f. quam —  
volumus *am Rand ergänz* 228 vor Si *getilgt* unde 231 canonicorum *über der Zeile ergänz* duo-  
rum *verbessert aus* duo aut *über der Zeile ergänz* et *getilgt* ante conclusionem *über der Zeile ergänz*

<sup>20)</sup> *Sessio XXI 3–10 (s. o. Anm. 3) und Sessio XX I, 1435 I 22; Mansi XXIX 101f.; MC II 773f.; COD 485–87.*

aut silentium in capitulo non servaverit, sed alterius verbum interruperit, in penam cadat perinde ac si absens fuerit. Si vero alicui iniurias intulerit aut aliquem verbis provocaverit, decanus eum exire faciat et de penitencia cum capitulo deliberet, quam ultra penam iam dictam ille subire teneatur, si a capitulo amplius excludi non 235 velit.<sup>21)</sup>

Quando capitulum observatur, decanus causam convocacionis, si convocavit, aut in ordinario rerum agendarum materiam proponat et difficultates hincinde moveat aut, si quis est, quem noscit in ea re expertum, eum iubeat materiam movere; et ille obediat et dicat, si interrogatus fuerit, votum suum [omnib]us aliis silentibus [et f]acete abs- 240 que [mu]rmuratione [et] omni interrupcione [seden]tibus et finem [capitu]li expectantibus, [non l]oquentibus ante [iussion]em aut im[pet]ratam licenciam [neque] ante conclusionem [nisi] urgente necessitatis [causa e]t cum licencia [rece]dentibus. Deinde decanus ab inferiori, si voluerit, ad superiorem vel econverso vota scrutetur et demum votum suum dicat. Quod si votum suum concurrat cum maiori parte, concludat, 245 si non, dicat rationes voti sui et iterum a superiori ad inferiorem vota scrutetur. Quod si ad votum suum tot accesserint, quod maior pars in eo voto resederit, concludat secundum illud; si non accesserint, concludat secundum maiorem partem. Arbitramur autem in arduis et novis expedire, ut quisque de materia primo aliquid libere dicat et unus alterius motiva audiat, et post hoc ad vota procedatur, ut sic electio sanioris 250 consilii rationibus et motivis prius omnium auditis in dandis votis fieri possit absque precipitacione. Ubi vero ob arduitate materie aliquis pecierit terminum cogitandi, si periculum non est in mora, nichil concludi debet eo non audito. Quociens autem aliquis voluerit, poterit ante conclusionem votum mutare causa aliqua allegata; et ideo semper decanus ante conclusionem interrogare debet, si quis votum suum voluerit 255 variare. Capituli congregacio ad certum preemptorium terminum ad aliquid agendum indicta in alium terminum prorogari non potest omnibus presentibus non consencientibus. Si autem aliquis et minor pars prorogare voluerit, presentes alii expedire possunt, quia capitulum faciunt.

Quando decanus, qui onera omnium officiorum, canonicorum et vicariorum scire de- 260 bet, negligenciam senserit commissam per aliquem aut deliquisse vel inhoneste conversari, eum iuxta Christi doctrinam caritative corrigat et ammoneat, ut defectum suppleat et emendet; si non obedierit in licitis illis monitis, eum a percepcione distributionum suspendat, quousque obediat. Quod si nec hanc penam curaverit, ab ingressu ecclesie rebellem suspendat. Si vero nec hanc curaverit, tunc processum capitulo 265 denunciaret et eius consilio ad ulteriora procedat. Quod si ille fuerit adeo pertinax, quod per mensem in ipsa suspensione ab ingressu sua culpa remanserit, fructibus unius anni careat; si nec in secundo mense ad veniam se admitti humiliter postulaverit, ad omnes penas et censuras usque ad privacionem exclusive contra eum procedi pote-

233–236 Si — velit *ergänzt* 240–243 [omnib]us — [rece]dentibus *am Rand ergänzt* 249 autem *über der Zeile ergänzt* de materia *über der Zeile ergänzt* libere *über der Zeile ergänzt* et *über der Zeile ergänzt* ut *getilgt* 256–259 Capituli — faciunt *am Seitenende ergänzt* 258 alii *über der Zeile ergänzt* 261 aut — conversari *am Rand ergänzt* nach aut *getilgt* eum delinquere 263 et emendet *über der Zeile ergänzt* nach non *getilgt* fecerit 264 nach curaverit *getilgt* ad 265 nach curaverit *getilgt* suspensionem ille qui deliquit et rebellis existit 268 nach postulaverit *getilgt* usque 269 nach penas *getilgt* poterit

<sup>21)</sup> *Einen Anwendungsfall bietet oben Nr. 100. Ein ähnliches neues Statut über Ruhe und Ordnung im Kapitel wurde 1461 erlassen (701 A VII 1 Nr. 27, jetzt: 112, 1498, f. 7<sup>o</sup>).*

270 rit. Quod si per semestre aliquis ex vicariis ita in suspensione et notoria rebellione  
perduraverit, ne diucius ecclesia ac altare divino careat officio, privari poterit  
remissa collacione ad collatorem; si canonicus, accedente consensu capituli a capi-  
tulo eciam post peractam penitenciam excludatur. Quociens autem quis ex hiis reis  
se ante lapsum semestre purgare voluerit de impositis, coram capitulo compareat, et  
275 si se rite expurgaverit, absolvatur. Si non se expurgaverit, sed reus repertus  
fuerit et se correctioni subiecerit prostratus veniam deprecando, tunc, si fuerit talis  
negligencia seu delictum non adeo execrandum seu, quamvis magnum, non tamen pu-  
blicum et populum scandalizans, non iniungatur penitencia illa, que penitentem infamet  
in vulgo, quemadmodum est carcer noster aut specialitas aliqua in processione aut  
280 choro, per quam deprehendatur, ipsum penitere, sed arbitrio decani habito semper con-  
silio capituli considerata qualitate delicti et condicione persone puniatur aut per ab-  
stinenciam aut elemosinarum largicionem aut mulctam ad opus pium. Si vero enormitas  
negligencie vel delicti ac scandalum populi maximam deposcit penitenciam, tunc de-  
canus cum consensu capituli carceris penitenciam iniungat peragendum solempnitate  
285 consweta cum devocione adhibita. In omni vero dubio, ubi aut per reum aut aliquem ex  
canonicis ingeritur dubium, an causa sit coram decano et capitulo tractanda, aut an  
reus se sufficienter purgaverit, aut an delictum rei sit sufficienter probatum, aut  
an sit tale, quod dignum sit carceraliter puniri, semper decanus interrogare debet  
duos ex canonicis, quorum unus sit ex senioribus et alius ex iunioribus, et eos per  
290 prestitum iuramentum capitulare requirere, ut, quid ipsis iustius secundum deum et  
conscienciam videatur, respondeant; et hii continuo surgere debent et respondere,  
quomodo communicato consilio cum confratribus hoc facere velint, et petere debent hoc  
eis faveri, quod et decanus facere debet. Quod si concanonici dixerint deliberare  
velle ad proximum ordinarium capitulum, ipsis eciam faveatur. Et post deliberacionem  
295 in termino presente parte respondeant ad quesitum, et si interrogatis votis singulorum  
maior pars capituli concurrat, tunc istud pro sententia habeatur. Ista forma eciam  
inter litigantes coram decano et capitulo observetur in dandis sentenciis, ubi omnis  
processus absque strepitu et figura iudicii simplex et planus esse debet, prout capi-  
tulum dictaverit eum esse debere. Cauti igitur esse debent ipsi duo iudices requisiti  
300 seu dictatores sentencie, ut, quantum possibile est, sentenciam talem dictent, in quam  
omnes aut maiorem partem concanonicorum audierint consentire, quoniam, si post  
eorum pronunciacionem concanonici interrogati non adhererint, eorum iudicum senten-  
cie standum non existit, sed alii per decanum dandi et requirendi sunt ut prius iudices  
sive sentencie dictatores, qui, ut prefertur, procedant. Volumus autem, quod, si quis  
305 ex membris ecclesie ante sentenciam non appellaverit ad superiorem, quod eciam post

---

270 nach si *getilgt* monitus aliquis ex *über der Zeile ergänzft* vicariis *verbessert aus* vicarius 272 nach  
ad *getilgt* eum qui de iure accedente — capituli *am Rand ergänzft, danach folgt getilgt* fuerit superiori  
processum contra ipsum et statum cause denunciet nec ille amplius in consorcium concanonicorum  
admittatur voce capitulari 273 nach excludatur *getilgt* et ulterior pe ulterior arbitrio superioris  
remittatur 274 lapsum *über der Zeile ergänzft* 276 nach subiecerit *getilgt* ven 279 nach aut(2)  
*getilgt* p 281 nach aut *getilgt* in ele 282 mulctam *über der Zeile ergänzft* solucionem pecuniarum  
*getilgt* 284 nach capituli *getilgt* talem aut nach carceris *getilgt* aut aliam 284f. solempnitate —  
adhibita *am Rand ergänzft* 292 nach et *getilgt* f 295f. et — tunc *am Rand ergänzft* et *getilgt*  
297–299 ubi — debere *am Rand ergänzft* 299 duo *über der Zeile ergänzft* 300 seu — sentencie  
*über der Zeile ergänzft* talem *über der Zeile ergänzft* 301 nach concanonicorum *getilgt* vi consentire  
*verbessert aus* convenire 302 nach adhererint *getilgt* sentencie iudicum *über der Zeile ergänzft*

sententiam taliter ex communi voto capitularium solempniter elicitam appellare non possit per prestitum de observandis statutis iuramentum.

#### De fructibus vicariorum absencium.

Nullus vicariorum, eciam si cum licencia absens fuerit, nisi decanus et capitulum in litteratoria licencia cum narratione cause indulserint, quidquam ex fructibus vicarie <sup>310</sup> habeat; sed decanus et capitulum procuratores absentum constituat, qui onus fieri procurent et residuum iuxta commissionem utiliter ad vicariam convertant et in capitulo rationem reddant. Quod si absens advenerit tempore, quo ratio reddi debet, aut eius absentis procurator et pecierint rationi interesse, admittantur.

#### De visitacionibus.

315

In capitulo generali post dedicacionem ecclesie nostre deputentur visitatores, qui una cum decano, quando ipse vacare poterit, personas omnes visitent, similiter et ornamenta ecclesie et edificia atque curias canonicorum et vicariorum intra opidum cum potestate visitacionem curiarum extra opidum et possessionum aliis, quibus videbitur, subdelegandi. Et hanc visitacionem in scriptis redigant et reformanda reforment et <sup>320</sup> mandata auctoritate eciam generalis capituli contra particulares faciant, ut emendent et ruinosam reficiant. Ardua vero ad capitulum referant, et presertim ubi sumptus aliquorum aureorum ex publico intervenire necesse est. Et cum mandata decernunt contra quemcumque, ut defectus reparet, terminum competentem prefigant, et post terminum videant, quid actum sit, ut ante generale annale capitulum quomodo dis- <sup>325</sup> positionem omnium reperint et, quid reformaverint, referre possint, ut, cum in generali capitulo alii deputantur aut illi continuantur, sciatur, quid agendum. Volumus eciam decanum posse semper cum visitatoribus eligendis concurrere, quando voluerit et vacare poterit, sine quo nec persone nec dispositio divinorum et ornamentorum et aliorum intra ecclesiam visitari debet, licet alia sine ipso extra ecclesiam <sup>330</sup> per visitatores fieri possent eo prius avisato.

#### De officiis singulorum.

Prepositi officium iure esse debet secundum eciam nominis ethymologiam in pre-essencia et cura conservandi ecclesiam in bonis et redditibus suis temporalibus, sine quibus spiritualia diu subsistere nequiunt. Unde, sicut aliquando ante separacio- <sup>335</sup> nem bonorum, que nunc sunt prepositure, a bonis capituli ad ipsum prepositum spectabant duo, scilicet ipsa bona diligenter conservare et deinde rationabiliter distribuere, et nunc per separacionem a distributione absolutus sit, remanet adhuc ad conser-

---

306 nach capitularium *getilgt* elicitam 308 vicariorum: vicariarum 312 nach et *getilgt* de nach commissionem *getilgt* v 316 zu Beginn *getilgt* Decanus adiunctis sibi aliquibus nach In *getilgt* quolibet post — nostre über der Zeile *ergänzt* 317 quando — poterit über der Zeile *ergänzt* poterit *verbessert aus* potest 318 nach curias *getilgt* qui eciam 319 extra opidum über der Zeile *ergänzt* 320 nach et(2) *getilgt* ea que ad personas 323 nach decernunt *getilgt* sine 324 nach contra *getilgt* cust scholasticum q 327 nach agendum *getilgt* volumus visita 330 nach ecclesiam (2) *getilgt* fieri 334 nach suis *getilgt* in quo fuit cura quorum fuit administrator 335 nach quibus *getilgt* subsistere nach spiritualia *getilgt* nequiunt

vacionem obligatus; et ob hoc, cum absolutus sit a choro et multa ecclesie bona separatim teneat, que tamen non dubium ecclesie a fidelibus in finem divini cultus peragendi aut conservandi advenerunt, nullo iure ab omni officio liber esse debet, qui dignum possidet beneficium. Volumus igitur, quod per prepositos cura conservativa temporalium habeatur; et quandocumque per decanum et capitulum sibi impedimentum aliquod notum factum fuerit, tunc teneatur omnem diligentiam facere impedimentum tollendi, in opido Confluentino, quociens opus fuerit, personaliter suis expensis in dietis interessendi et extra opidum infra x miliaria, si opus fuerit, quatuor dietis in quolibet anno, eciam si quelibet in loco tribus diebus duraret. Quod si aliquo impedimento personaliter interesse non posset, aliquem sapientem et ecclesie fidelem sui loco ordinare teneatur, qui hoc solerter peragat. Si forte pluribus quam 350 quatuor vicibus vocaretur pro necessitate ecclesie ad dietam extra opidum, venire semper tenetur, et tunc expensis capituli pro se et tribus familiaribus et quatuor equis, quociens ultra quatuor vices venerit aut ultra tres dies steterit. Et hoc quidem statutum se servaturum unusquisque prepositus admissionis tempore iurare amplius teneatur; ymmo et unusquisque canonicus electionis tempore in ingressu capituli iurabit, si eum eligi contingeret in prepositum, se ita, ut prefertur, omnino sub pena periurii et perdicionis fructuum prepositure facturum et post electionem admissionis tempore iterum hoc iuramentum se confirmaturum per suas patentes litteras, in quibus se ita obligatum recongnoscat.

Officium decani est in cura universali tocius ecclesie esse, presertim quoad spiritualia et divinum cultum conservandum. Hinc continue residere debet, frequenter in choro esse, semper in capitulo, visitare, punire et cetera omnia facere, que diligenti et deum amanti decano pro publico bono ex debito agnoscit incumbere, in omnibus paterne se habendo, pie ad obediens, severe ad rebelles, in omnibus modum tenens, quem salutis singulorum conferre iudicaverit, exemplum bone vite cunctis existens, ut eius correctio 365 ex vite honestate irrefutabilis existat.

Officium scholastici est superintendere in scholarum regimine et eos omnes, qui ad dyaconalem gradum nundum ascenderunt. Curet igitur per peritum et honestum rectorem iuvenibus scienciam cum sanctis moribus inbibere et, dum rector aut excedit aut recedit, cum consilio capituli de ydoneo providere, quem in vite alimento non paciatur deficere. Sepe scolas intret et pueros visitet, in qua conversacione et doctrina 370 educantur. Arguat et corrigat, disciplina ecclesiastica imbuat et alia agat ad hoc oportuna cum tanta diligencia, ne nova testa tenere etatis vacua sciencia et virtutibus ad vicia convertatur, sed pocius seminibus sacrarum litterarum ac sanctis consuetudinibus taliter fecundetur, quod uberes fructus suo tempore ex ipsa sperentur. Eius 375 est officium propter singulariorem litterarum periciam, que in eo presumitur, colligere conclusionem capituli, illam, ubi et quando oportet, referre et eloqui, responsa capitulariter conclusa ad litteras concipere et cetera agere, que litterati officium exposcunt.

---

342 nach per *getilgt* omnes canonicos qui elective 343 nach capitulum *getilgt* requi 347 in —  
 anno am Rand *ergänzt* nach duraret *getilgt* vel 349 nach peragat *getilgt* verum 350 nach opidum  
*getilgt* aut in quatuor nominatis 351 f. pro — equis am Rand *ergänzt* 352 nach vices *getilgt* aut  
 353 unusquisque über der Zeile *ergänzt* 355 nach iurabit *getilgt* si 359 esse über der Zeile *ergänzt*  
 362 nach bono *getilgt* et 363 pie über der Zeile *ergänzt* 364 nach vite *getilgt* diffamitate 367 Curet  
*verbessert aus* Curat 369 providere *verbessert aus* provideat 370 pueros über der Zeile *ergänzt*  
 374 ex — sperentur über der Zeile *ergänzt* producere possit in der Zeile *getilgt*

Cantoris officium est choro continue interesse et curam, quid quocumque tempore cantandum sit, habere etc.

Custodis officium est reliquias bene et reverenter custodire, ornamenta munda 380 tenere, luminaria, ampullas, oblatas, etc.

---

379 nach etc. Leerraum von etwa 6 Zeilen.

**zu 1436 April 16, Kitzingen.**

**Nr. 259**

*Bericht in der Würzburger Chronik des Lorenz Fries. NuK als konziliarer Vermittler in den Würzburger Händeln.*

*Reinschrift (1546): WÜRZBURG, Stadtarchiv, Ms. 1 fol. (s. o. Nr. 257) f. 263<sup>v</sup>.*

*Druck: Ludewig, Geschicht-Schreiber 756.*

*Erw.: Wendeborst, Bistum Würzburg II 157.*

*Die Konzilsgesandten (s. o. Nr. 257) kamen uf Montag nach der Osterwochen gein Kitzingen, handelten zwischen beden theilen in beisein der Ritterschafft.*

**zu 1436 April 25 und danach, Würzburg.**

**Nr. 260**

*Bericht in der Würzburger Chronik des Lorenz Fries. NuK als konziliarer Vermittler in den Würzburger Händeln.*

*Reinschrift (1546): WÜRZBURG, Stadtarchiv, Ms. 1 fol. (s. o. Nr. 257) f. 263<sup>v</sup>.*

*Druck: Ludewig, Geschicht-Schreiber 756.*

*Erw.: Wendeborst, Bistum Würzburg II 157.*

An Sant Marxentag riten si (*die Konzilsgesandten*) gein Wirtzburg und beschiden Burgermeistere, rath und virltelmeistere für sich. Die erboten sich, wo der pfleger gemeine burgerschafft der pflicht, so sie ime aus gehais Bischof Johansen gethan heten, wider ledig zelen, und Bischof Johans inen zu sagen, auch derwegen seine besigelte brive zustellen würde, das er si bei irer freihait bleiben lassen und hinfur unbillicher weis nit beschweren, auch die gaistlichkait zu Wirtzburg des ihenigen, das er inen entwert und genomen hette, restituiren und in vorigen stand setzen, das sie ine als dan wider zu irem heren annemen und ime von newem hulden wolten. Dweil aber Bischof Johans solche restitution der gaistlichen nit thun konte, und die Burger vermog der zehen jarige ainigung sich in nichts einlassen wolten, es weren dan ire ainigungs verwanten die Gaistlichen zu Wirtzburg restituirt und des iren ergetzt: ginge die handlung zurücke, und warde abermals nichts ausgericht, allein das die gesanten des Concili beden theilen bei vermeidung des Bans und anderen treffenlichen penen fride gebotten. 10

**1436 Mai 25, Basel.**

**Nr. 261**

*Konzilsprotokoll. NuK als konziliarer Vermittler in den Würzburger Händeln und als Deputierter für die Ablaßgelder.*

*Kop.: PARIS, Bibl. Nat., lat. 15624 (s. o. Nr. 102 und Nr. 234) f. 210<sup>r</sup>–211<sup>r</sup>; lat. 1509 (künftig: p; vgl. dazu CB IV S. VIII f. und RTA X S. LXVII–LXIX) p. 12 (ab Z. 6).*

*Druck: CB IV 148f.*

*Erw.: RTA X S. LXXIII; Meutben, Trierer Schisma 257.*

*Generalkongregation. Domini episcopus Augustensis et decanus sancti Florini de Confluentia per organum ipsius decani de gestis per eos circa tractatum pacis inter episcopum et cives Herbipolenses*